

phoreticæ & Catharticæ, cuius Joh. Beguinus Tyrocin. Chymic. lib. 2. cap. 13. meminit, per acidorum abstractionem, præparatione videmus. Neque pars ejus fœrea ver alcalia digerenda, nec per principiorum suorum dissolutionem in præsens hoc Præcipitatum Diaphoreticum redigenda.

C A P U T XXVIII.

Cinnabaris Mineralis præparatæ dosin determinat.

Cum solius Cinnabaris mineralis præparatæ usus in medicina sit eligendus, atque cætera medicamenta, ex ea spagyricè parata furgienda veniant, dosis illius in curatione esse potest à granis IV. ad X. & XII. plus minusve pro ætatis & virium patientis discrimine, in vehiculis appropriatis & specificis, horis matutinis & vespertinis reiterandis, usque dum æger integrum consequatur sanitatem. Illam pariter in dosi majori vel minori cum aliis pulveribus, electuariis, conservis, morsulis, rotulis, pilulis, potionibus, mixturis, balsamis, unguentis, aliisque medicamentorum generibus pro eorum quantitate vel majori vel minori ad Medicum arbitratum commisceri proficuum admodum erit. Pretium autem ejus non propriè ad Medicum, sed potius ad Materialistas, Pharmacopoëos & otiosa ingenia spe-

Etat.

C A